

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Biblioteki Jagiellońskiej 4405, k. 97v–98r

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 52 [Gn. 53]

[52] Quod is unus vir vulneratus fuerit in facto manifesto.

Si vir vulneratus ad iudicium cum clamore decuctus fuerit in facto manifesto, et si ita inbecillis aut debilis fuerit, quod per tutorem ipsum querulari opportet, \vdash per^a \dashv prolocutorem per sentenciam petat, extunc tali modo sua procedat querimonia: „Domine iudex, si me huic vulnerato dedistis pro advocato, extunc in sentencia requiro, si per iusticiam ab aliquo insidias pati debeam, quam iure \vdash terreri \dashv ^btenere \dashv debeam aut sustinere, cum suam causam propter iuris exigenciam teneo”. Extunc sibi diffinitur, quod non. \langle ut si ipsum in aliquo neglexerit quod se contingere poterit per se ipsum aut alium c \rangle Tunc sibi petat correccionem. Cum optimuerit, tunc petat colloquium pro consilio, et cum colloquium habuerit, tunc requiratur, qualiter suam querelam inchoare debeat, et hoc per sentenciam diffinitivam, ut sibi proficiat in suo iure. Extunc diffinitur sibi cum clamore. Tunc interrogetur sentencialiter, [k. 98r] si requiri debeat ab ore ad os, a quo suam habeat lesionem. Tunc sibi diffinitur, quod debeat. Extunc emittuntur duo scabini cum ipsis preco, aut duo viri, qui iudicio astare consuerunt qui ab ipso solo audiant, a quo sua receperit vel habuerit dampna, vel quis in eo pacis federa confregerit. Extunc requiritur sentencialiter, si interrogari debeat circa iuramentum prestitum ac ius civitatis, quid ab eo audierint. Tunc unus interrogetur ad dicendum, quid ab eo audierint. Audita responsiva ^{sua d}, tunc in sentencia requiratur, si iam perfecerit, tunc sibi diffinitur, quod sic, et eadem secundus et tertius interrogetur. Extunc sibi diffinitur, quod perfecerit. Extunc querelam incipiet: „Domine iudex, placeat attente audire.” Tunc hic conqueritur super unum N et super unum N, quod ipsi venerint intra municipale, et in eo pacem infregerunt et ipsum vulneraverunt aut suum affinem trucidaverunt, si homicidium fuerit, et ipsum spoliaverunt corpore et rebus, et pro eo iudicium petit. Extunc illi ter vocantur, quando vocati per clamo/[]rem fuerint, tunc conqueratur ulterius et nominat malefactores, ut prius conquerulatum fuerit. Idem faciet tercua vice. Extunc indicie indicantur per noctem. Si tunc non comparent, describentur. Sin autem comparent, duellum in eis aquiri potest.

^a otoczone ramką ręką komentatora celem skreślenia; ^b nadpisane ręką komentatora, nad obwiedzionym ramką celem skreślenia trereli; ^c nadpisane ręką komentatora

[hasła: zranienie, sąd, wyrok, skarga, sędzia, sprawiedliwość, posiedzenie, ławnik, szkoda, przysięga, prawo, zabójstwo, kradzież, zranienie, otrucie, noc, pojedynek sądowy]